

tilhuomo Romano, il S<sup>r</sup> Hostilio Savello et alcuni altri et diversi ni stanno fugiti. Da buono loco intendo che pensano di scoprire una coniura contra S. B<sup>no</sup>, et se pur non vi è stata S. S<sup>ta</sup> ni ha temuto et teme, et quindi è successo che a S. Marco ha fatto impire le camere d'armi et accrescer la guardia. Hoggi poi se n'è venuta a S<sup>to</sup> Apostolo ne si crede che più se ne vadi a passeggiare come facea in luoghi solitarii et con pochissima guardia. Et di più si tiene che prestissimo sia per ridursi a palazzo. A motti che S. B<sup>no</sup> ha fatto si comprende che habbi animo di abbassare Romani et di levar loro del tutto la giurisdictione et particolarmente l'ufficio di conservatori o riformarla almeno in modo che non habbino ne occasione ne podestà con li Papi. Ma Dio voglia che questo non causi qualche gran tumulto, tanto più se S. B<sup>no</sup> mettesse mano a far tagliar teste, come pare che se può trovarsi l'occasione ni habbi l'animo...

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua.*

### 27. Francisco Tonina al duque de Mantua <sup>1</sup>

Roma, 5 de agosto de 1562.

...Dominica prossima passata fu tirata una archibugiata in una delle sale di S. Marco nella quale poco prima era stato N. S. et in quell'ora si trovava essere ito a riposare secondo il costume suo. Fu sentita l'archibugiata, ma fu strepito sordo, si trovò nel muro la botta et la balla in terra ripercossa dal muro, et pareva balla d'archebugio da posta. Si fa ogni diligenza per trovare onde sia stata tirata, havendosi opinione che sia stata tirata per S. B<sup>no</sup>. Et benchè questa cosa paia haver poco colore, perchè all'ora essa non era in quel luoco, ne persona che havesse voluto fare un eccesso tale haveria voluto tirare a vento, non di meno d'altra parte si giudica che habbi voluto far prova come riusciva il tiro, massime atteso che si poteva pensare che tal botta non saria stata sentuta per la qualità della polve...

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua.*

### 28. El Papa Pío IV a Aníbal de Hohenems <sup>2</sup>

Roma, 8 de octubre de 1562.

Por sus cartas, especialmente por la de 12 de agosto, ha visto el Papa su arrepentimiento. Perdónale y le restituye a su gracia: quando pero havrete fatto altre tanto di bene quanto sin'ora havete fatto di male.

Orig. *Archivo de Hohenems.* <sup>3</sup>

(1) Cf. arriba, p. 317.

(2) Cf. arriba, p. 325.

(3) Ibid. hay otra \*carta de 26 de noviembre de 1562: Anibal ha de permanecer en la corte del rey de España, hasta que el Papa le mande volver.

### 29. Motu proprio del Papa Pío IV en favor de la Inquisición romana <sup>1</sup>

Roma, 31 de octubre de 1562.

Pius IV

Motus proprius in favorem officii sanctae Romanae Inquisitionis facultatis procedendi contra quoscunque praelatos, episcopos, archiepiscopos, patriarchas et cardinales.

Motu proprio etc. Saepius inter arcana mentis in amaritudine animae nostrae recolentes quam luctuosam totoque lachrimarum fonte deplorandam calamitatem hoc infoelici saeculo perditissimi homines et ab orthodoxa fide, quam in baptismo solenniter professi sunt, apostatae in sanctam Dei Ecclesiam invexerint, quantamque animarum precioso D. N. Iesu Christi sanguine redemptarum stragem perfidi castrorum Altissimi desertores et transfugae in profundum aeternae damnationis baratrum obstinate collapsi quotidie secum miserabiliter attrahant ac ut nocturni lupi passim insidiantes feraeque truculentae immaniter grassantes, non solum integros Domini greges absorbeant, sed etiam aliquando somnolentis ignavisque neglectorum gregum pastoribus turpiter imponentes illos impietatibus suis involvunt, Nos, pro supremi pastoralis officii nobis divinitus crediti debito, sicut venerabiles fratres nostros episcopos, archiepiscopos, patriarchas atque etiam ipsos S. R. E. cardinales aliosque antistites in vera salutis aeternae via, quae Christus est, constanter ambulantes coadiuvare et confirmare non cessamus, ita etiam discolos, devios et in reprobum sensum distractos, si qui reperiantur, apostolatus nostri ministerio quam primum in semitam rectam omni ratione reducendos esse iudicamus. Hinc est quod nonnullos ex antistibus praedictis status, salutis et famae suorum adeo immemores esse non ignari, ut impiorum haereticorum inconsutilem Salvatoris nostri tunicam discerpere conantium consiliis abire, et in cathedra pestilentiae sedentes adversus Dominum et adversus Christum eius, cum quo dulces cibos tamdiu proditorie ceperunt, impinguati calcitrando blasphemare, et qui se murum pro Israel adversariis obiicere debuerunt, illorum insaniis consentire partesque confovere non erubescant, huiusmodi contagio, ne latius illud etiam inter infirmos et imprudentes ovium ductores serpere contingat, occurrere volentes, venerabilibus fratribus nostris eiusdem Ecclesiae Romanae cardinalibus ceterisque ad officium s<sup>tao</sup> generalis Inquisitionis in alma Urbe deputatis ex certa scientia et de apostolicae potestatis plenitudine in virtute sanctae obedientiae districte praecipiendo mandamus, quatenus ipsi contra omnes et singulos huiusmodi episcopos, archiepiscopos, patriarchas, cardinales et alios praelatos et antistites quoscunque, cuiuscunque status, conditionis et praecellentiae, tam praesentes quam absentes, et ubique locorum, regnorum et dominiorum, tam citra quam ultra Alpes, etiam de licentia nostra existant, de quibus quaecunque haereticae pravitatis

(1) Cf. arriba, p. 258.

indicium ad officium ipsum allatum quive de haeresi quocunque modo suspecti fuerint alias, ut moris est, inquirere, testes aliasque probationes recipere et examinare necnon processus integre usque ad sententiam exclusive formare et concludere procurent; ac processus huiusmodi ad nos in consistorio nostro secreto ad effectum sententiam desuper per nos vel alium seu alios ad id a nobis deputandos consistorialiter iuxta deputationum ipsorum relationem ac sacrorum canonum formam et alias prout nobis expedire videbitur, pronuntiandi et proferendi, prolataque debita executioni demandari faciendi, quanto citius commode potuerint afferant. Nos enim eisdem deputatis contra omnes et singulos etiam cardinales predictos, etiam absentes et ubicunque gentium etiam ultra montes consistentes super haeresi haereticaque pravitate huiusmodi quomodolibet inquirendi, testes aliasque probationes recipiendi et admittendi, processus integros usque ad sententiam exclusive formandi et concludendi, necnon intus et extra etiam per edictum publicum citandi et inhibendi ceteraque in praemissis et circa ea necessaria et opportuna faciendi, exercendi, gerendi et exequendi plenam et liberam licentiam, facultatem et auctoritatem de dicta plenitudine tenore praesentium concedimus et indulgemus. Ac solam praesentium signaturam, etiam absque ulla illius registratura sufficere, et ubique, etiam in iudicio fidem facere, regula contraria non obstante, necnon illius transumptis manu notarii dicti officii vel alterius cuiusvis signatis et eiusdem officii vel alicuius personae in dignitate ecclesiastica constitutae sigillo munitis plenam et indubiam eandemque prorsus fidem, quae praesentis motus proprii schedulae, si ostensa foret, adhiberetur, tam in iudicio quam extra adhiberi debere decernimus; non obstantibus quibusvis apostolicis et provincialibus ac synodalibus conciliariisque constitutionibus et ordinationibus, statutis, concordatis nationalibus et pragmaticis sanctionibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis praelatis huiusmodi etiam cardinalibus ac sacro illorum collegio etiam contra similes inquisitiones et processus etiam per viam iurati contractus et alias quomodolibet concessis etc., quibus omnibus illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat motu simili specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque.

Placet motu proprio I[ohannes].

Datum Romae apud S. Petrum pridie kalendas novembris anno tertio. Registrata lib. primo secretorum fol. 226 H. Cumyn. et in libro actorum S<sup>ti</sup> Officii Inquisitionis, Romae die martis tertia novembris 1562 fol. 37.

Ita est. Claudius de Valle sanctae Inquisitionis notarius.

Collationati fuerunt per me notarium infrascriptum suprascripti Motuproprius et bulla S<sup>mi</sup> D. N. D. Pii papae Quarti sic ut supra registrati et auscultati cum propriis originalibus concordant. Quod attestor ego Claudius de Valle S. Rom. universalis Inquisitionis notarius.

Ideo me hic in fidem manu propria subscripsi.

Copia. Barb., 1502, p. 182 s. y 1503, p. 89 s. *Biblioteca Vatic.*

### 30-31. Pío IV y la imprenta romana de Pablo Manucio <sup>1</sup>

#### 1. Universis fidelibus Siciliae

Roma, 22 de mayo de 1563.

Cum instituta iussu et magnis sumptibus nostris fuerit in hac Alma Urbe officina librorum ad libros latinos graecosque, qui nondum in lucem prodierint, imprimendos, qui forsitan nisi imprimerentur, interituri fuissent, et ad eos, qui mendosius editi fuerant, diligentiore correctione adhibita de integro edendos, praesertim sacrorum ecclesiasticorumque scriptorum, qui non parvo forsitan futuri sint usui his temporibus ad tuendam catholicorum dogmatum veritatem, mittendum in Siciliam ducimus, ubi variis in bibliothecis extare accepimus libros admodum veteres manuscriptos. Es enviado de Mesina Anton. Franc. a Neápoli, para inspeccionar todas las bibliotecas de las catedrales y monasterios, hacer un catálogo de los libros antiguos allí existentes, comprar de ellos cuantos pueda, y traerlos a Roma. Orden a todos los archimandritas, cabildos, etc., de dar permiso para esto.

Min. brev., Arm. 44, t. XI, n. 355. *Archivo secreto pontificio.*

#### 2. Proregi Siciliae, duci Medina Coeli

Roma, 26 de mayo de 1563.

Ruégale preste su apoyo en la búsqueda de manuscritos, especialmente de escritores eclesiásticos, que tiene intención de hacer imprimir. Eu Sicilia fácilmente se hallarán algunos, que faltan en la Biblioteca Vaticana, o que son más antiguos y mejores. Esto servirá ad omnium studiosorum utilitatem non mediocrem, y entre ellos quizá podría haber varios, lo que mucho desea, que pudiese utilizar el concilio de Trento para refutar a los herejes.

Ibid., n. 357.

#### 3. Francisco Avanzato

Roma, 26 de agosto de 1563.

Pío [nostro erga studia literarum amore et earum studiosos adiuvandi perpetuo desiderio hemos fundado officinam librorum. Le da el encargo de registrar las bibliotecas de Sicilia, y enviar el resultado al cardenal Mula.

Ibid., n. 38.

#### 4. Francisco Avanzato

17 de abril de 1564.

Brev., t. XX, n. 131. Cf. Raynald, 1564, n. 53, donde se nombra asimismo a O. Panvinio como enviado.

(1) Cf. arriba, p. 339.

32. El emperador Fernando I a sus embajadores en Trento <sup>1</sup>

Viena, 23 de agosto de 1563.

Al tratarse de la reforma de la música que se hizo en el concilio de Trento, por razón de un pasaje de Pallavicini (22, 5, 14), suele hacerse también mención del emperador Fernando I, «cuya intervención en favor de la música figurada fué de grandísimo peso», y por eso puede él asimismo «en cierto sentido reclamar el título de salvador de la música sagrada» (Ambros, IV, 15). Merecen, por tanto, ponerse aquí en su forma original las palabras de Fernando I, las cuales se hallan en la carta a sus embajadores en el concilio de Trento, fechada en Viena a 23 de agosto de 1563: Porro sunt etiam alii quidam articuli, de quibus in specie vobis mentem nostram declarandam esse censemus, inter quos est ultimus tertii capituli, qui statuit, reiiciendos esse molliores musicorum cantus et in ecclesiis retinendam esse modulationum gravitatem, quae ecclesiasticam simplicitatem maxime decet. Quo quidem si id agitur, ut cantus figuratus protinus ex ecclesia in universum tollatur, nos id probaturi non sumus, quia censemus, tam divinum Musices donum, quo etiam animi hominum, maxime eius artis peritorum vel studiosorum, non raro ad maiorem devotionem accenduntur, ex ecclesia nequam explodendum esse.

La carta se refiere a varios artículos de reforma, que habían sido remitidos por los embajadores en el concilio en 13 de agosto de 1563.

Copia de registro. Cód. 11055, p. 175<sup>b</sup>. *Archivo publico de Munich.*

33. Jacobo Tarreghetti al duque de Mantua <sup>2</sup>

Roma, 15 de septiembre de 1563.

...La fabrica di Castello et di Borgo tuttavia va inanzi, et in breve se li darà ispedicione, et al fine di questo vengono 6000 [sic!] guastatori che hanno di cavare le fosse, et hora si cinge d'intorno Belvedere et S. Pietro di muraglia nuova...

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua.*

34. El cardenal Ghislieri a Jerónimo Franchi O. Pr., inquisidor de Génova <sup>3</sup>

Roma, 18 de septiembre de 1563.

...Certo che quelli ill<sup>mi</sup> signori et il sig<sup>r</sup> ambasciator di Spagna non dovevano fare istanza a V. R. di lassare passare le cinque casse de libri per Sua M<sup>ta</sup> Catholica, senza che da lui fussero veduti, anzi anchorche io non dubiti che fussero fuori d'ogni sospetto circa le cose della

(1) Cf. arriba, p. 31, nota 3.

(2) Cf. arriba, p. 358.

(3) Cf. arriba, p. 289.

fedes) con tale occasione era bene dare essemplio a tutti et mostrare che Sua M<sup>ta</sup> non solo non intende che in simili cose della fede s'habbi da domandare essentione per persona alcuna, ma ne anco la vuole torre per se stessa...

Orig. *Biblioteca de la Universidad de Génova.*

35. Pío IV al cardenal Enrique de Portugal <sup>1</sup>

Roma, 10 de noviembre de 1563.

Card. Portug. Infanti.

Respuesta a su carta de acción de gracias, de 12 de junio, por los privilegios del rey: De Ecclesia s. 4 Coronat. admodum veneranda, quae curationis est tuae tuique cardinalatus titulus, vere tibi relatum fuit, Nobis curae fuisse, ut cum propter vetustatem et superiorum temporum incuriam pene collabi coepisset, nimis certe deformata esset, reficeretur, quod eo libentius curavimus, quod id pertinere etiam ad honorem et existimationem tuam intelligebamus, praesertim aliis cardinalibus suas ecclesias reficientibus; no dudamos que tú lo hubieses hecho de tal manera, que tu ejemplo habría estimulado a los demás cardenales. Pero no se te ha escapado la ocasión; no dudamos que terminarás lo restante que falta.

Min. brev., Arm. 44, t. XI, n. 394. *Archivo secreto pontificio.*

36. Francisco Tonina al duque de Mantua <sup>2</sup>

Roma, 22 de julio de 1564.

...Ha fatta resolutione di riformare la casa, con la qual riforma cassa di molte bocche, et ha detto anche di voler minuire li soldati che sono pagati, et fare una nuova militia nel stato eccles<sup>co</sup> conforme a quella del duca di Firenze che sarà sempre in pronto ad ogni sua voglia. Dice di voler finire il palazzo, in strada Giulia già cominciato da Giulio II per rimettervi tutti gli officii di Roma et voler circondare la piazza di S. Pietro di portichi. La chiesa Transpontina ch'è delli frati di S. M. del Carmine conventuali, è in parte già per terra per la fabbrica del Castello che vi si stende con una parte di un balluardo dentro. Il s<sup>r</sup> card<sup>le</sup> Borromei sta tutta via intento per far tradure dui grossi volumi di lettere scritte a diversi amici in diverse bande et che tutta via si scrivano da Gesuiti che sono nel mundo nuovo overo Indie trovate da Spagnoli, sopra il progresso che fanno quelle genti di là nella fede di Christo...

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua.*

(1) Cf. arriba, p. 368. Las importantes costas de la restauración de la iglesia de los SS. Cuatro Coronados, las menciona el escrito *Le cose meravigliose di Roma*, Roma, 1563, 28.

(2) Cf. arriba, p. 342, 365.

37. **Motu proprio del Papa Pío IV para los ocho cardenales de la Inquisición romana** <sup>1</sup>

Roma, 2 de agosto de 1564.

Pius IV

Motus proprius facultatis concessae octo cardinalibus deputatis ad officium S<sup>tae</sup> Inquisitionis.

Pius papa quartus.

Motu proprio etc. Cum sicut accepimus postquam nos nuper zelo fidei accensi, ut ii, qui a caula dominici gregis diabolica fraude in dies seducuntur, ad eam aspirante Domino facilius reducerentur vel si in eorum damnato proposito obstinato animo perseverare contenderent, taliter punirentur, quod eorum poena aliis transiret in exemplum, nonnullos S. R. E. cardinales officio supremo in alma Urbe et curia nostra ac tota republica christiana S<sup>tae</sup> Inquisitionis haereticae pravitatis eiusque causarum audientiae et cognitioni, ut causae ipsae celerius expedirentur, praefeceramus et deputaveramus, tum ob cardinalium eorundem officio huiusmodi praefectorum numerum et in unum concursum difficilem, tum etiam propter inquisitorum et ad poenitentiam in dies redeuntium multitudinem, causas huiusmodi illarumque decisionem in longum protrahi et differri, ipsa experientia teste, cerneremus, Nos vestigiis fel. rec. Pauli Tertii et Iulii etiam Tertii praedecessorum nostrorum, qui dudum quinque et ad summum sex dumtaxat cardinales officio Inquisitionis illiusque causarum huiusmodi cognitioni et decisioni praefecerunt, inhaerentes, ac, cum praesertim urgens necessitas et eiusdem utilitas id exposcat, reprehensibile videri non debere, si iuxta temporum varietatem statuta quoque varientur humana, et pastoralis officio nihil decentius et convenientius esse, quam causarum praesertim dicti officii maturam et celerem expeditionem procurare iudicantes, motu simili etc. quod ex toto numero cardinalium deputatorum huiusmodi infrascripti octo dumtaxat cardinales causarum huiusmodi officii cognitioni et decisioni praeficiantur, auctoritate apostolica tenore praesentium constituimus et ordinamus ac dilectos filios nostros Ioannem Michaelem S<sup>tae</sup> Anastasiae Saracenum, et Ioannem Baptistam S<sup>ti</sup> Clementis Cicada, ac Ioannem Suavium S<sup>tae</sup> Priscae Reomanum necnon Michaelem S<sup>tae</sup> Sabinae Ghislerium et Clementem S<sup>tae</sup> Mariae in Ara-coeli Monelianum et Ludovicum S<sup>ti</sup> Chiriaci in Thermis Simonetam et Carolum S<sup>ti</sup> Martini in Montibus Borromaeum presbyteros ac Vitellium S<sup>tae</sup> Mariae in Porticu Vitellium diaconum miseratione divina titularum S. R. E. cardinales officio Inquisitionis et causarum huiusmodi cognitioni et decisioni auctoritate et tenore praedictis praeficimus et deputamus; ac eis et eorum maiori parti quorumcunque inquisitorum, quacunque ecclesiastica vel mundana dignitate praefulgentium, exceptis dumtaxat episcopis, archiepiscopis, patriarchis, ducibus, regibus et

(1) Cf. arriba, p. 511.

S. R. E. cardinalibus, quorum causas nobis cognoscendas terminandasque reservamus, factis prius tantum per dictos octo cardinales processu et nobis in consistorio nostro secreto relato, causas tam hactenus motas <sup>1</sup> quam in posterum movendas inter seipsos per turnum distribuendas cum omnibus et singulis earum incidentibus, emergentibus, annexis et connexis, tam coniunctim quam divisim arbitrio suo audiendi, cognoscendi, decidendi fineque debito simul vel successive etiam adhibitis seu non adhibitis consultoribus per nos similiter deputandis et ad certum numerum restringendis, fine debito prout iuris fuerit terminandi; et insuper eandem et facultatem et auctoritatem in praemissis et circa ea, quam omnibus et singulis aliis cardinalibus, officio Inquisitionis huiusmodi per nos ut praefertur praefectis, per quoscunque praedecessores nostros concessas et attributas, et quas nos per quasdam nostras sub pridie kalendas novembris tertio et alias sub pridie idus octobris <sup>2</sup> etiam tertio ac alias sub septimo idus aprilis quarto pontificatus nostri annis datas litteras dederamus et concesseramus, quarum omnium concessionum et litterarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, auctoritatem et facultatem concedimus et indulgemus; mandantes nihilominus eisdem octo cardinalibus seu maiori eorum parti, qui pro tempore congregabuntur et intererunt, pro celeriori causarum huiusmodi expeditione et ne in dies haereses latius serpere contingat, quatenus ipsi saltem semel in hebdomada in alicuius cardinalis eorundem octo cardinalium antiquioris vel alterius eorum palatio, prout eis videbitur, in unum conveniant et causarum huiusmodi pro tempore pendentium decisioni incumbant illasque prout iuris fuerit et alias, prout eis seu eorum maiori parti pro rerum, temporum et personarum qualitate honestum et congruum ac expediens visum fuerit, decident et fine debito terminent. Decernentes omnia et singula quae per eosdem octo cardinales seu eorum maiorem partem pro felici directione ipsius officii et alias in praemissis et circa ea pro tempore statuta, acta, gesta, ordinata, sententiata et decreta ac etiam immutata et alterata ac reformata fuerint, ita ut de illorum nullitate aut invaliditate seu iurisdictionis aut quovis alio defectu excipi seu illa impugnari aut revocari non possint, eandem vim idemque prorsus robur in omnibus et per omnia obtinere perinde ac si ab omnibus et singulis cardinalibus antea deputatis praefatis in eorum generali congregatione vel a nobis aut Romano Pontifice pro tempore existente statuta, acta, gesta, ordinata, sententiata et decreta, immutata et alterata ac reformata forent, prout illa ex nunc prout ex tunc et e contra auctoritate et tenore praedictis confirmamus et approbamus, illaque perpetuae firmitatis robur obtinere et ab omnibus inviolabiliter observari debere, sicque per quoscunque iudices ac etiam S. R. E. cardinales, sublata etc. Irritum quoque etc. decernimus; suppletes omnes et singulos iuris et facti defectus, si qui pro tempore forsitan intervenerint in eisdem; cum potestate citandi etiam per edictum

(1) El Cód. 1503 tiene todavía: et pendentis.

(2) V. Bull. Rom., VII, 237 s.

omniaque et singula faciendi, gerendi et exequendi in praemissis et circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna. Approbantes nihilominus et confirmantes omnia et singula, quae per dictos octo cardinales seu eorum maiorem partem ante datam praesentium seu earum in actis praesentationem acta, gesta, statuta et ordinata ac decisa fuerint in praemissis, ita quod nullatenus de iurisdictionis vel alterius nullitatis defectu notari aut impugnari valeant; Mandantes dilectis filiis almae Urbis nostrae gubernatori, senatori, vicario et camerae apostolicae auditori et quibuscunque legatis, vicelegatis, gubernatoribus provinciarum et terrarum nobis et Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subiectarum ac eorum locatenentibus, officialibus, barisellis et aliis ministris necnon aliis locorum ordinariis ceterisque magistratibus et officialibus ac cuiusvis conditionis et status hominibus in omnibus et singulis terris, oppidis, et civitatibus ac in tota republica christiana existentibus sub excommunicationis latae sententiae ac indignationis nostrae ac aliis arbitrio nostro et eorundem cardinalium imponendis et exequendis poenis, ut eisdem cardinalibus Inquisitoribus ac eorum praeceptis et mandatis in quibuscunque officium Inquisitionis huiusmodi concernentibus pareant et obediant. Reges vero, duces, comites, barones et quosvis alios principes saeculares in Dei nomine rogantes, ut eisdem cardinalibus Inquisitoribus eorumque officialibus faveant auxiliumque praebeant et a suis magistratibus subditis auxilium praeberi faciant in negotiis dictum officium spectantibus; necnon carceratos quoscumque pro quibusvis debitis et delictis etiam atrocibus apud dictum Inquisitionis officium quomodolibet delatos vel denunciatos, suspensa aliorum criminum inferiorum cognitione, ad eosdem cardinales et Inquisitionis carceres, ibidem usque ad criminis haeresis totalem cognitionem et expeditionem retinendos et postea ad eosdem officiales pro aliorum criminum cognitione remittendos, sine mora transmittant. Necnon dilectis filiis secretariis nostris et aliis litterarum apostolicarum expeditionibus et ministris, ut quascunque etiam in forma brevis et alias litteras et scripturas pro executione officii Inquisitionis huiusmodi quomodolibet necessarias et opportunas absque mora et dilatione gratis expediant et expediri ac ministris dicti officii consignari libere faciant. Irritum quoque etc. decernimus. Non obstantibus praemissis ac quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis et omnibus illis quae in singulis litteris praedictis volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscunque, praedictarum litterarum tenores ac eorundem cardinalium ut praefertur deputatorum necnon quorumcunque inquisitorum nomina et cognomina ac causarum huiusmodi status et merita praesentibus pro expressis habentes; decernentes solam praesentis nostri motus proprii signaturam sufficere et ubique fidem facere in iudicio et extra, regula contraria non obstante, seu litteras desuper per breve nostrum expediri posse.

Placet motuproprio I[ohannes].

Datum Romae apud S<sup>um</sup> Marcum quarto nonas augusti, anno quinto.

Registrata lib. 6. fol. 230.—H. Cumyn. 8 augusti per Mar.

Copia. Barb., 1502, p. 187 s. y 1503, p. 93. *Biblioteca Vatic.*

### 38. Francisco Tonina al duque de Mantua <sup>1</sup>

Roma, 12 de agosto de 1564.

...Di questo medico di S. B<sup>no</sup> ditenuo variamente si ragiona, et ancora che da molti sia detto che sia pur suspitione di veneno, laonde si dice che viene anco fatto processo con il card<sup>le</sup> di Napoli, non di meno la cosa va tanto secreta che non si ne può penetrare di certezza il vero. S. B<sup>no</sup> si trova ancora a S. Apostolo, palazzo del s<sup>r</sup> card<sup>le</sup> Borromei in vita acquistato dal s. ill. Antonio Colona, et nel quale adesso si lavora in fabrica di molta spesa et va S. B<sup>no</sup> ad alto per sopra certi ponti che non sono anco molto sicuri et dove tuttavia cascano pietre et altre cose da muri...

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua.*

### 39. El Papa Pío IV a Alejandro Crivelli <sup>2</sup>

Roma, 2 de noviembre de 1564.

Venerabili fratri Alexandro episcopo Cariatensi nostro et Sedis Apostolicae nuncio in regnis Hispaniarum.

Venerabilis frater, salutem etc. Tertius iam annus exactus est cum nos, qui Carthusiensium ordinem precipua charitate prosequimur, cupientes monachorum eius ordinis in alma urbe commodo valetudinique consulere et divinum cultum simul augere, locum ipsis quidem ad aedificandum monasterium concessimus in thermis Diocletiani, ex insalubri ubi quotannis plerique eorum graviter aegrotare solebant, eamque ob causam divino cultui vacare non poterant, in locum eos non minus salubrem quam amoenum transferentes: ecclesiam vero ibidem aedificare sumptibus nostris coepimus sub invocatione beatae Mariae Virginis et omnium angelorum ac martyrum...

...Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. die II novembris 1564, anno quinto.

Copia. Arm. 44, t. XX, n. 63. *Archivo secreto pontificio.*

### 40. Discurso de Commendone sobre la corte de Roma [1564] <sup>3</sup>

Entre los numerosos tratados sobre la corte romana, compuestos en el siglo XVI, que en su mayor parte llevan una instrucción sobre cómo

(1) Cf. arriba, p. 366.

(2) Cf. arriba, p. 370 s.

(3) Cf. arriba, p. 47 ss.